

Est collectio scholiorum ad S. Pauli canones, quae a P. Lagarde, Reliquiae jur. can. antiqu. graece, 11-12 e cod. Monac. 380, in Hist., I, 74 vero e Vat. descripta sunt. Sed alibi eadem inscriptio (cf. codd. Laur. V 22 f. 173 r.-v., Mosqu. Synod. 398 f. 66 v.-67 r., Bodl. Laud. 39 f. 23, Vatic. 1981 f. 91 r.-v.) aut parum alienata (cf. cod. Hierosol. s. Cruc. 2 f. 267 v., Vindob. jur. gr. II a. 1191 f. 2?) (1) a supra memorata collectione scholiorum longe diversum opusculum praebet (e Mosqu. Synod. 398 ab A. Pavlov in Zap. Novoross. Univers. 1874, XIII, 145-146 editum, in Synag., 73 cum cod. collatum; cf. Synt., 181),

6) ff. 5 r.-14 v. <δ'.> Tituli XIV, legibus destituti, canones conciliorum usque ad Constantinopolitanum I-II a. 861 memorant, sed secundum ordinem a solito diversum (cf. Append. ad Synt., 93-101); in tit. VII c. 2 post Τιμοθέου κανόνες η'. i'. additur: Νυκηφόρου πατριάρχου κανὼν γ'. δ'. ε'. Τοῦ ἀγίου Ἡσηδώρου. Quid sibi velit mentio haec, nescio, cum nec excerptum in Vindob. jur. gr. II a. 1191 f. 12 (a me in JMNPr, 1904, CCCLIII, 414 notatum) nec aliud, quod mihi in cod. (Sinait.?) quodam occurrit, nihil rubricae tit. II c. 2 respondens habeant.

Folii 14 v. maior pars vacua est.

7) f. 21 r. <ε'> incipit a verbis (ed. Synt., 253 n. 1): τίκτει γὰρ ὁ πατὴρ τὸν οὐτόν . . . καὶ λόγον καὶ πνεῦμα.

His verbis S. Gregorii Thaumaturgi opus concluditur, quod in collectionibus tam canonum quam aliis inseritur. Sinait. 1121 saec. XIV-XV f. 273 v.-274 v.: Γρηγορίου ἀρχιεπισκόπου Κορίνθου [sic] περὶ τῆς ἀγίας τριάδος. Monac. 509 saec. XV (ad calcem Dioptræ Philippi Solitarii) et Vallicell. E 55 (74 Martini) saec. XIII f. 257 v.-258: Τοῦ ἀγίου Γρηγορίου τοῦ θαυματουργοῦ. ('Εκ τοῦ καθ' ἡμᾶς . . . πνεῦμα). Ambros. 484 (L 49 sup.) saec. XIII f. 112 r.-v.: Ἐτέρα πάλιν ἀλλαχοῦ θεολογία [scilicet Γρ. τοῦ θαυμ.] Paris. de fonds gr. 1077 saec. XII f. 296 v.-297 r.: Τοῦ ἐν ἀγίοις πατρός ἡμῶν Γρηγ. τοῦ θαυματ. περὶ τῆς ἀγ. τριάδος. ('Εκ τοῦ καθ' ἡμᾶς ἔστι γνῶναι . . . καὶ λόγον καὶ πνεῦμα.) = Sinait. 976 saec. XVI f. 41 r.-v.: Τοῦ ἀγίου Γρηγορίου Νύστης περὶ τριάδος καὶ ὅτι τρεῖς ὑποστάσεις μία θεότης. Ad. Zoernikau, Tractatus theolog. orthod. de process. Spiritus S. a solo Patre, I (Regiomonti 1774), 12, refert verba S. Gregorii Thaum. « in fragmento de Trinitate edito ex Bibliotheca Augustae Vindelicorum anno 1608 una cum libro de Trinitate, qui S. Cyrillo Alexandr. adscribitur »; sed nec reimpressionem in PG nec editionem a. 1608 Petropoli invenire potui (cf. Synt., 253 n. 2). Etiam Fabr.-Harl., VII, 258 hoc opusculum e cod. Vindob. theor. gr. 246 (Lamb.) notum ad inedita refert, edi-

(1) Spic. Sol. IV, 569: « Παρασημέων τῶν ἐκκλησιαστικῶν κανόνων, sive ecclesiastici canones XXVI. Incipiunt: α' 'Ο κειμονῶν ὑπὲρ δρια, καθαιρεῖσθω. Cod. 363, f. 95 ». In Paris. 363 f. 95 nihil simile invenire potui. Posteriorem partem opusculi (a canone 'Ο ἀκρωτηριάζων . . .) praebet cod. Monac. 498 saec. X, ut aestimat N. Suvorov, qui illam in Viz. Vrem. 1901, VIII, 373-374 edidit. At saeculo XIII hunc cod. tribuit K. Krumbacher, Studien zu den Legenden des hl. Theodosios, 344.